

- 176 Item non gaudent privilegio fori in statu ecclesiastico, & in aliis, ad quos extense fuerant constitutiones hac de re editæ. Benedictus XIV. tom. 1. constituit. 88. *Incip.* Alias: §. 1. Homicida si tonsurati sint, non beneficiati, licet servantes præscripta Concilii Tridentini, privantur privilegio fori post duo homicidia; Idem *ibid.* §. 2. Si sint Clerici in minoribus non beneficiati, nec servantes præscripta Concilii, non gaudent privilegio fori in hisce causis, atque etiam explera delicti poena, eodem privilegio privati censentur; Idem *ibid.*
- 178 Homicidium deliberatum patentes laici non gaudent immunitate ecclesiastica in statu Ecclesie, aliisque ut supra; Idem *ibid.* §. 3. Item ecclesiastici cujuscumque ordinis; Idem *ibid.* Item mandantes, adjuvantes, consulentes, instigantes, ut aliam operam occisori præbentes, tam Laici, quam ecclesiastici; Idem *ibid.* §. 4. Item inquisiti, baniti, & damnati de homicidio in contumaciam; Idem *ibid.*
- 179 Cum homicidis, & bannitis etiam in casu homicidii voluntarii major Penitentiaris potest dispensare, ut Religionem approbatam etiam tamquam Clerici ingredi possint, additis tamen quibusdam clausulis, de quibus Pontifex in sua bulla Pastor Bonus tom. 1. Bull. n. 95. §. 17.
- 181 Alia ad rem vide *verb.* Propositiones damnatæ.
- 182 Variat tum poena homicidii, tum poenitentia à jure ecclesiastico Irrogata, pro varietate circumstantiarum ejusdem homicidii. Qui furem vel latronem interfecit, distinguitur, utrum comprehendi sine occisione potuerit, quo casu furem occidendo graviori poenitentia subditur, an vero sine odii meditatione se suaque liberando eum interfecerit? qui merito ab omni poenitentia fere immunis est; c. 3. de Homicid. Etiam in foro criminali poena extraordinaria leviori afficitur.
- 183 Pariter secundum jus divinum, ecclesiasticum, & seculare, fur nocturnus impune occidi valet, diurnus autem non aliter, quam si telo se defenderit; cap. 3. dist. tit. de Homicid. l. 54. §. 2. ff. de furt. l. 9. ad l. Cornel. de Sicar.
- 186 Ex hoc principio de fure diurno licite non occidendo formati Pontifex decisionem in cap. 18. de Homicid. Quidam Presbyter grave vulnus inflixerat furi deprædanti Eucharistiam cum ornamentis altarium, & libris ecclesiasticis, quem acclamatione facta Parochiani occiderunt. Fuit quaesitum, an hac percussione irregularis factus esset necne? Distinxit Pontifex, utrum constet vulnus inflictum à Presbytero non fuisse lethale, ut ex eo haud perisset, si sequuta haud fuissent aliorum vulnera. Quo casu à sacerdotali officio non removetur; An vero vulnus lethale reperit fuerit: tunc enim pro homicida & irregulari habendus. Qua censura etiam notandus, si descendi nequeat ex cujus ictu percussus perierit.
- 189 De occiso in concursu, tum etiam in conspiratione, vide quæ habet Alexander III. in c. dist. tit. de Homicid. §.
- (Si leges ex 13. ad 16. tit. 6. p. 1. (Lit. I. pag. 223. col. 2. in fin.) bene perlegantur, casus propter quos in homicidio crimine irregularitas contrahitur, advertere est pernece: in eis exempla homicidii voluntarii, casualis, cum moderamine inculpate tutelæ facti, & ejus quod per officium justitiæ exercentem fit, aut fieri imperator, recte discernuntur. (Vid. in dist. lit. l. ex pag. 210. col. 2. *verb.* Septimo; ad 213. col. 1. ubi quæ in præcatis legibus proponuntur, cum ibi expositis conveniunt) ferè non discrepant, nihilominus notabitur, in prima quatuor modis (Vid. sup. num. 35.) videlicet falso, consilio, præcepto, & actu effici homicidium posse: hæc per quam optime expenduntur: In secunda casuale explicationem mereri: In tertia pro sui defensione commissum: In quarta, de eo agi qui per Justitiam occidit, præcipit, consulit, & juvat. Enarrantur in eis ea omnia, per quæ irregularitatem quilibet incurrit: sed in tit. 8. p. 7. de penis tractatur, quibus similia patentes plebii debent, ideo non erit à ratione alienum, aliqua inserere ex ejus sexdecim legibus provenientia. Eodem modo per primam definitur & dividitur homici-

dium. Per secundam designatur qui poena homicidii tenentur, scilicet aliquem scienter, & dolose interficiens: & quamvis per leg. 15. injustus homicida, si generosus fuerit, in insulam perpetuo deportatur, bonaque ejus ad tertium usque gradum ascendentes, & descendentes applicentur, istis non existentibus, regie Camera: plebejus poena mortis plebicitur, ac facultates ab invicem succedentibus; (vid. *verb.* Testamentum, *ver.* Ita testamento condito: in add. hisp.) tamen per leg. 1. §. 2. tit. 17. lib. 4. For. Reg. 3. 4. §. 12. tit. 13. lib. 4. Ord. Reg. 2. 3. §. 4. tit. 23. lib. 8. Recop. Cast. quarum observantia nemini in dubium venit absque personarum distinctione omnes injuste occidentes capite damnantur; (vid. *verb.* Fur, ubi in poenarum executione discrimen inter eos, qui nobilitate fruuntur, ab hacque prerogativa excluduntur, prævenitur) locum obtinet per consequens hæc animadversio & ingreditur, nisi cum moderamine inculpate tutelæ, aut occiso sine occidendi animo fiat, nam si ita non sit, (leg. 15. 6. 7. §. 9. For. 2. 4. §. 6. ejusd. tit. §. 4. 14. §. 15. Ord. 1. 2. 3. 4. 12. §. 13. Recop.) effectum sortietur.

Notata licet sufficerent, utpote Auctor optime se gerit in diffinitione, divisione, & hujus criminis explicatione, & ejus doctrina cum insertis titulis legum hspaniarum bene consonat, à facta promissione non est recedendum, quare leges Part. cum ceterarum determinationum indicatione quid decernant, subsequitur. Si aliquis alterius conjugem apprehendens, filiam, sororem animo vi cum eisdem coeundi, occisus fuerit, homicidam nullo supplicio obstringi, ita leg. 3. dispositum existit: non discrepat leg. 1. For. 4. Ord. §. 4. Recop. dummodo ad concubium eas coacte abductæ: verum etiam eadem dispositiones, similia patentes facinora si interficiantur, tales homicidas à mortis poena liberant, quando de facto sic coeunes in ipso crimine reperiuntur; (Vid. add. hisp. *verb.* Forum, *ver.* De alii theoriti: & *remis. ad id.*) eandem effugit vindictam, qui furem nocturnum, domi inventum, cum furo terga vertentem, si comprehendi nequit, diurnum, armis se defendendo si absque præjudicio detineri non valet, rapto rem violentum latronem publicum; agros nocturno tempore devastantem, & grassatorem, è medio tollit. (Vid. *verb.* Forum, *ver.* subseq. *verb.* Fur, & Grassator.) eosdem gressus sequitur qui aggredientem dominum, patrem, & filium occidit; (Vid. add. hisp. *novis. verb.* Famulus) sic per leges citat. disponitur: aliquid amplius leg. 3. part. se extendit, nam ab eadem animadversio furiosum, mente captum, minores sexdecim annos cum dimidio non adimplentes; (Vid. *verb.* Accusari, qui possint, ex pag. 41.) eximit. Per leg. 4. casus recensentur, per quos casuale patratu homicidium; (Vid. ad id. leg. tit. 15. p. 7. præcipue C. 6. 7. §. 9. For. Reg. 14. §. 15. Ord. 13. Recop. & sup. lit. l.) ceterum, ut ita fuisse commissum credatur, stabilitur, à perpetrante juramentum præstandum, casu, & absque occidendi voluntate interfecisse, nullasque cum interfecto inimicitias habuisse, iri comprobatur: si jurare recusat, & in probatione deficit, contra eum præsumptio oritur, atque arbitrariam poenam sustinebit: exempla, quæ recensentur, ostenduntur, qui alium percussit quem per rixam intendit: cursu præcipite, & loco consuero equum agitantem, aliquem opprimit ballistarius, Jaculator, arboris putator, ædificia reficiens, si omnia ad injuriam, & damnum evitanda adhibeantur, liberantur, nam post habita simili diligentia, nisi poena capitali non plebantur, ad aliquod tenentur, neque absolute liberi permancebunt; (Vid. præciat. leg. cum 5. tit. 8. §. 15. p. 7.) in qua plurima referuntur exempla, in quibus, dum casuale homicidium culpa præcipit, ad quinquennium in insulam deportatio infingitur. In leg. 6. poena determinatur qua medici, & chirurgi impetite medicamentis utentes, plebii debent: qui mulieribus medicinam ad concipiendum elargiuntur: apothecarii absque medici præcepto potionem preparantes, si ex omnibus mors sequatur, dummodo dolus abfuerit; In septima denotatur, non solum res veneficas vendentes, & ementes, sed etiam easdem indicantes; tamen effectum non sequatur, ultimo

timo supplicio afficiendus: ceterum morte sequita, ut laniantur, bestiis esse tradendus; In Octava, de muliere pregnantæ, aut alio quolibet tractatur, si dolose fecit abortum, (Vid. *verb.* Abortus) factu animato; In nona, de patre, domino, & magistro, filium, servum suo familiare, & discipulum immoderate, & severe animadversentibus, magnum discrimen præ oculis est habendum, ex animi præmeditatione poena æstimatur: per idem tempus (Vid. sup.) in insulam fiet deportatio, si animus desit occidendi, si adest, morti adducitur; In decima, de iracundo, ebrio, mente capto, se ipsos, aut alium occidere volentibus loquitur, si ab aliquo arma tradantur eisdem, tunc equidem mors si evenierit, ea qui tradidit, ultimum supplicium non evadit; In undecima de iudice malitosam sententiam, sive ad mortem, membri mutilationem, seu exilium profertente agit: ut omnes eandem poenam subibunt: verum, cum per consultationem regulariter sententiæ criminales ab inferioribus, (Vid. *verb.* Appellatio, in add. hisp. *ver.* In criminalibus:) promulgatæ ad prætoriam hodie deferantur, videtur per quam difficile posse ab inferioribus hac intentione procedi; mihi videtur, neque in tribunalibus inferioribus, multoque minus in Superioribus causas civiles sive criminales prava iudicium intentione decidi valere: si aliquid est admittendum, in errore intellectus consistit, non in voluntate: verum fragiles & infirmi sumus, hac de causa leg. 25. tit. 22. p. 3. cum præcedenti clamatur, ideo si accidere potest, & cur non erit poena signanda? præmaxime dum ea intra suos cancellos homines continet. De falso teste in tali causa deponente idem assertur. (Ad rem vide *verb.* Falsum, *ver.* Testis: *verb.* Testis, art. 3. *ver.* Cum non semper: in add. hisp. Conducit additio nov. hisp. in dist. *verb.* Falsum) In duodecima in paricidas, fratricidas, omnesque alios qui affinitate, & consanguinitate junguntur, supplicium decernitur: nec exclusi manebunt auxiliantes, & hujusmodi facinori faventes, licet mors non sequatur, si per eos non steterit: poena ita exercetur; qui tale crimen perpetrat, virgibus casus, in culleo cum cane, gallo gallinaceo, vipera, & simia insuitur, atque in mare, vel amnem profundum projicitur. (Vid. inter alios M. D. Anton. Gom. super hoc, & præcedentibus tom. 3. de homicidio, præsertimque de paricidii crimine DD. Joann. de Solorzano Pereyra lib. 1. §. 2. in operibus, post mortem ejus in lucem editis, ubi suo more omnia ad simile delictum concernentia explicat) Hodie vero, aut furca suspenditur, si plebejus, seu strangulatur si nobilis: postea dolio, ubi animalia prædicta deperita reperiuntur, inclusus, in amnem proximum jactatur, statimque ex dolio charitatis sodalitas corpus extrahit, ac ecclesiastica donatur sepultura. In decima (Vid. add. hisp. nov. *verb.* Eunuchus.) In decima quarta quis de homicidio accusare potest, vid. lit. A. ex pag. 39. In decima quinta de penis agit, vid. sup. In decima sexta tractatur de supplicio, quo famuli, & servi sunt plebii, si domino, aut hero, cui magnum vitæ periculum imminet, non opitulentur, vid. *verb.* Famulus, in add. nov. hisp.

Hic consentaneum erat tit. 15. p. 7. cum multis decisionibus tit. 4. lib. 4. For. Reg. Subnectere: sed de hoc aliquid *verb.* Damnificatio, *verb.* Falsum, insertum invenies, etiamque lit. E. pag. 236. prop. med. col. 1. præcipue *verb.* Restitutio.)

HONESTAS PUBLICA. Vide *verb.* Impedimenta Matrimonii art. 2. à n. 20. ad 27.
HONOR. Vide *verb.* Detractio art. 1. num. 3. & 4.
HORÆ CANONICÆ. Vid. *verb.* Officium Divinum.

HORTATORIÆ.

Literæ hortatoriæ regie nequeunt decerni, relaxari, nec exequi à laicis nedom contra Episcopos, sed nec contra Ecclesiasticos; Sac. Cong. Immunit. in Gravin. 10. Febr. 1632. l. 2. Decret. Paul. pag. 114. in Alexanen. 23. Apr. ejusdem anni lib. 2. Decret. Paul. pag. 120. in Consentina 9. Octobris 1635. lib. 2. Decret. Paul. pag. 235. FERREAR. BIBLIOTHEC. TOM. IV.

Injungitur Episcopo, ut respondeat cum libertate 2 ecclesiastica ad literas hortatorias; Ead. Sac. Cong. Immunit. in Hieracen. 22. Septembris 1692. lib. 1. Decret. Vallem. p. 78.

Aliquando, ut non curet de hortatoriis regis, cum 3 non sint de jure permissæ, & à sac. canonibus improbatæ; Ead. Sac. Cong. Immunit. in Nuscana 15. Febr. 1633. l. 2. Decret. Paul. p. 151. & in Avellana 22. Julii d. anni, §. 1. pag. 164.

Aliquando ut se abstineat respondere dictis literis; 4 Ead. Sac. Cong. Immunit. in Vicana 26. Julii 1644. l. 3. Decret. Paul. p. 234. & in Boven. 5. Maji 1651. lib. 4. Decret. Paul. p. 146.

Aliquando ut non pareat literis ad audiendum verbum regium; Ead. Sac. Cong. in Lancianen. 22. Novemb. 1633. lib. 2. Decret. Paul. pag. 176.

Sic literis regis de transmittenda nota Clericorum 6 Archiepiscopus non pareat; Eadem Sac. Cong. Immunit. in Cosentina 17. Januar. 1634. lib. 2. Decret. Paul. pag. 181.

Pariter Episcopi non debent attendere ad literas regias, sed continuare in residentia suæ ecclesie; Eadem Sac. Cong. in Bojanen. 2. Nov. 1639. lib. 3. Decret. Paul. pag. 104. & 27. Augusti 1641. ibi p. 154.

Contra Auctores, & Complices dictarum literarum 8 Episcopus conficiat processum; Eadem Sac. Cong. Immunit. in Aliphana 27. Febr. 1674. lib. 1. Decret. Alrov. pag. 901.

Sac. Cong. annullat factum Vicarii Abbatialis vigore literæ hortatoriæ regie tamquam invalidum, suspendit ipsum à divinis, ac inhabilitat ad dictum officium, & alia quæcumque, etiamsi profiteatur se hæc fecisse ex mera ignorantia; Eadem Sac. Congregatio in Nullius Cassianovæ 13. Decemb. 1633. lib. 2. Decret. Paul. pag. 179.

Vicarius Capitularis Acherontis contra Ordines 10 Sanctissimi, & Sac. Cong. obediens literis regis de accedendo Neapolim, declarat suspensus à divinis, privatur Vicariatu, & inhabilitatur ad hujusmodi officia, & ei præcipitur, ne discedat ab Urbe, & decretum præfatum notificatur tam Nuntio, quam Capitulo per literas, quæ ad futuram rei memoriam retineantur in actis Nunciaturæ, & Curie ecclesiasticæ Acherontinæ, & si non justificaverit allatam legitimam excusationem inhabilitandus est etiam ad beneficia; Ead. Sac. Cong. 5. §. 13. Jul. 1633. lib. 2. Decret. Paul. pag. 160.

Vicarius bene agit non parendo literis ad audiendum verbum regium; Ead. Sac. Cong. Imm. in Catanen. 21. Septemb. 1633. lib. 2. Decret. Paul. pag. 171.

Idem respondeat literis regis se procedere auctoritate sua ordinaria ad defensionem immunitatis ecclesiasticæ sibi à Sac. Cong. demandatam; Ead. Sac. Cong. Immunit. in Bovinen. 26. Febr. 1658. lib. Decret. Rocci pag. 63.

Idem ob inobedientiam, & transgressionem mandatorum Sanctissimi de non discedendo ab Urbe Neapolis, & de non relinquendo exercitio sui Vicariatus ex quacumque causa, etiam positus quibuscumque minis, & præceptis ministrorum laicorum in contrarium, de ordine Sanctissimi à Nuntio auctoritate sua ordinaria condemnatur in poenam suspensionis ab exercitio Ordinum, & inhabilitatis ad dignitates, beneficia, & officia ecclesiastica cujuscumque generis, quocumque loco, à quibuscumque, & quomodocumque imposterum obtinenda sub poena excommunicationis Summo Pontifici reservatæ, & quousque Sanctitati suæ placerit; Ead. Sac. Cong. in Neap. 25. Maii §. 10. ac 30. Junii 1660. lib. Decret. Rocci pag. 257. & 259.

Scribitur Nuntio Neapolis, ut statim per viam Monitorii judicialis cogat Episcopum Motulen. qui vocatus per literas hortatorias regias ibi comparuit in quibusdam causis ecclesiasticis ante ministros regios, redire ad residentiam sub penis suspensionis, inhabilitationis, privationis, ac aliis arbitrio; necnon mandat Episcopo, ubi fabricatus fuit processus contra dictum Episcopum per curiam secularem ut ser. ser. procedat ad censuras, & penas canonicas contra omnes, qui hac

in re quid gesserunt, necnon contra testes, qui se examinarent. Insuper notificet ministris regis, ut omnino se absterneant, & si paruerint, absolvat; sin minus, contra eos procedat ser. ser. remediis sac. can. & apostolicis constitutionum, ac supradicta omnia registrare faciat una cum literis Sac. Congregat. in actis tribunalis Nunciaturæ, ut futuris temporibus appareat. S. Sedem statim ac scientiam habuit horum omnium irritasse, ac impugnasse; Eadem Sacra Congregatio Imunitatis in *Baren. 28. Januar. 1631. lib. 2. Decret. Paul. pag. 79.*

15 Archiepiscopus Lancianen. procedere debet contra Sacerdotem suæ diocesis, sed domiciliarium civitatis Neapolis ob literas hortatorias obentas à magistratu laico ad præfatum Archiepiscopum, ne deveniret ad collationem beneficii parochialis sub prætextu, quod nominatio ejusdem spectaret ad quamdam Ducissam; non obstante incompetencia curiæ Archiepiscopalis Lancianen. à dicto Sacerdote interposita, eo quia tamquam domiciliarium civitatis Neapolis esset subditus Curie Archiepiscopali Neapolitani, à qua super delicto sibi imputato jam obtinuerat absolutionem ex capite innocentie; Ead. Sac. Congr. Immut. in *Lancianen. 22. Febr. 1607. lib. Decr. Maraf.*

HOSPITALE, HOSPITALARIUS.

SUMMARY.

1 Hospitales unde dictum: quid sit: quot, & que hospitalium species, ad num. 14.
 15 Hospitalia religiosa seu ecclesiastica quomodo à non religiosis seu non ecclesiasticis discernantur, & que simi alia hospitalium divisiones, immunitates, & privilegia, ad num. 32.
 33 Quid juris habeant Ordinarii in hospitalibus, ac eorum bonis, ad num. 47.
 48 Recententur decisiones S. C. Imm. super nonnullis ad hospitalia spectantibus, ad num. 68.
 69 Subnectuntur Additiones ex aliena manu.

HOSPITALE dicitur ab hospitibus, qui ibi gratis excipiuntur, ubi verò mercede soluta peregrini hospitalantur, *hospitium*, vel *divertorium* appellatur: Barbosa *p. 2. Juris eccl. anteq. l. 2. cap. 1. num. 1.* Hospitale, est nomen generale pertinens ad omnem speciem hospitalitatis cujuscumque generis illa fuerit; Barbosa *loc. citat.* Unde quia variae sunt species hospitalitatis, juvat breviter hic illas adducere sub propriis nominibus, & significatis, ut traduntur in *c. In quilibet Civitate 23. caur. 23. quaest. 8.* ibi: "Sanctimus res ad venerabiles ecclesias, Xenones, vel monasteria, vel prochoriphia, vel brephrophia, vel orphanotrophia, vel gerontocomia, vel denique aliud tale consortium," & Glossa *ibidem*, & alia Glossa in *cap. De Xenodochiis 5. de Religiosis domibus*, & à Barbosa *loc. cit. à num. 2. ad 12.*

4 Xenodochium, seu xenon è græco vocabulo est locus venerabilis, ubi pauperes peregrini gratis recipiuntur. Glossa in *cap. In quilibet civitate, verb. Xenones:* & de illo loquuntur textus in *cap. De Xenodochiis 3. de religiosis domibus, & in Clement.* Quia contingit, eodem titul. Prochorophium est locus, ubi pauperes, & mendicantur, Gloss. *loc. citat.* & de ipso fit sermo in *leg. Sanctimus, Cod. de Episcopis & Clericis. & in leg. Illud 19. de Sacrosanctis. Eccles. Brephrophium est locus, in quo infantes pauperum aluntur; Glossa loco citat.* & de ipso fit sermo in *dist. leg. Illud 29. de Sacrosanctis. Eccles. Orphanotrophium est locus, in quo pueri orphani, id est parentibus orbati pascuntur, seu aluntur, Glossa loco citato, & de ipso fit sermo in *leg. Orphanotrophes 3. Cod. de Episcopis & Clericis. & Authent. de Eccles. titul. §. final. collat. 9. Gerontocomium, seu gerotocomium est locus, ubi senes, &**

valetudinari, & propter senectutem solam infirmi homines curantur, Glossa loco citato. Nosocomium dicitur locus, ubi ægroti curantur, de quo in *leg. Sanctimus 6. Sed Deo nobis, Cod. de Episcopis & Clericis.* Nosocomii ministri, qui ad ægotantium curam adhibentur, *Parabolani* in Jure vocantur, *leg. Parabolani, Cod. de illo titul.* Barbosa *loc. citat. num. 4.* Gopthronium dicitur locus, ubi feminæ debilius sustentatrices habitant. *Hospitaliens. in Summa de religiosis domibus; Barbosa loc. citat. num. 6.* Leprosariae sunt loca seorsim ab aliis in gratiam illorum, qui morbo lepræ laborant, segregata, ut sic contagionis periculum evitent, de quibus meminit textus in *cap. Cum dicat 2. de eccl. edificand. in Clement. 2. de præbend. & in Clementin.* Quia contingit, *de religiosis domibus. Eeemynariae* sunt loca, & redditus ad eleemosynas faciendas deputati, de quibus meminit textus in *dist. Clementin. 2. de præbend. & ibi Gloss. verb. Eeemynariae:* & dict. *Clementin. Quia contingit.* Reperuntur denique alia hujusmodi loca pia, quæ sicuti & supra relata generali nomine hospitalia appellantur, licet diversis nominibus secundum diversos regionum mores solent nuncupari, ut observant dicti. Glossa *verb. Eeemynariae, Mandos. in Regul. 1. Cancell. q. 9. Gonzalez. gloss. 5. §. 4. num. 1. Barb. l. c. n. 12.*

Hospitalia quaedam sunt religiosa, seu ecclesiastica, & quaedam non religiosa, seu non ecclesiastica; Glossa in *verb. Ecclesias in dist. Clementin. 2. de præbend. Ugolin. de offit. Episcop. cap. 54. in princip. num. 3.* Barbosa *loc. cit. num. 13.* Hospitalia religiosa, seu ecclesiastica sunt illud, quod auctoritate Episcopi est constructum, & erectum; *cap. ad hæc 4. de religiosis domibus, & communis Doctorum cum Barbosa. loc. cit. n. 14. Rota p. 11. decis. 268. n. 19.* & sequenti *part. 19. tom. 2. decis. 630. num. 11.* & *seq. & sæpe alibi.* Hospitalia non Religiosa, seu non ecclesiastica sunt illud, quod ad libitum cujuscumque personæ sine Episcopi auctoritate fuit erectum; *cap. Inter delictos 8. de donatibus.* Glossa in *cap. Quidam 18. q. 2.* quod quidem cuique permissum est, & donum suam etiam ad tempus constituere hospitale, sed non erit locus religiosus, & sacer; Barbosa *loc. citato num. 29. Zabarell. cons. 13. num. 6. Abbas cons. 3. n. 2. part. 3. Rota part. 3. recent. dec. 30. num. 8.* Et tale hospitalia dicitur profanum, & privatum, quamvis in eo opera pietatis exerceantur; *Rota part. 11. decis. 248. num. 18.* Locus enim pius, & ecclesiasticus in hoc differunt, quod respectu loci pii sufficiat exercitium operum priorum; respectu vero loci ecclesiastici requiritur erectio facta auctoritate Ordinarii, vel Pontificia; *Rota part. 2. dec. 30. num. 7. part. 11. dec. 268. num. 19. & sequenti. part. 19. tom. 2. decis. 630. num. 11. & seq.*

Hospitalia fuisse erectum auctoritate Episcopi colligitur ex pluribus. *Primo* si fuit edificatum in forma Ecclesiæ, & in eo fuit erectum campanile, & ibi per sacerdotem celebretur divina, seu habeat altare lapideum consecratum. *Secundo* si habeat nomen Sancti sibi appropriati. *Quarto*, si in eo adsint sepulturae, vel cimiterium. *Quinto*, si in eo baptizetur. *Sexto*, si recipiat decimas. *Septimo*, si non solvat collectas. *Octavo*, si in eo fuit observata hospitalitas per tempus antiquissimum; Sic ex multis Barbosa *loc. citato num. 15.* Pignatelli *tom. 3. cons. 40.* Non extantibus autem dictis signis, hospitale in dubio presumitur erectum absque Episcopi auctoritate; ac proinde potius presumitur laicale, & profanum; Glossa *verb. Ecclesias vers. Quid in dubio in dist. Clementin. 2. de præbend. & ibi: Imola num. 16. vers.* Si vero non apparent: Ancharan. *num. 10. vers. Quid in dubio: Abbas num. 3. in fin. Rota part. 4. dec. 268. num. 5.*

Hospitalia auctoritate Episcopi fundata licet administrationem solum temporalem habeant, sunt materia simoniæ jure humano interdicitæ; Suarez *de Relig. lib. 4. de simon. cap. 27. num. 11. cum seq. Sebast. Casar. in relect. de eccl. hierarchia quest. 2. proam. §. 6. in fine, & disp. 14. §. 3. num. 5.* Bonacina *de simonia, q. 4. n. 17. in fine*, Barbosa *loc. citato num. 18.* & alii passim, *arg. cap. Salvator 1. q. 3.* Hospitalia auctoritate Episcopi

Episcopi fundata gaudent ecclesiastica immunitate: sic sæpe sæpius declaravit Sac. Congr. Immunit. & signanter in *una Civitate Castellana 8. Aprilis 1631. in Albanen. 4. Septembris, & 2. Octobris 1668.* & est sine ullo dubio communis. Hospitalium vero apotheca locataæ usui profano non gaudent immunitate. Eadem Sac. Congr. Immunit. in *Verulana 13. Julii 1637.* Hospitalia fundata, & constructa privata auctoritate sine auctoritate Episcopi non sunt materia simoniæ: *S. Antonin. 3. part. tit. 11. cap. 2. §. ultim. Panormitan. in cap. Exstirpanda §. Quia vero num. 55. de præbend. Barbos. loco citato num. 34.* & alii passim. Nec talia hospitalia sine auctoritate Episcopi fundata gaudent immunitate ecclesiastica; *Sac. Congr. Immunit. in una Montis Alti 30. Sept. 1636.* & sæpe alibi.

Hospitalia data in titulum, vel administrationem, si habeant beneficia annexa, vel redditus, ut proventus Ecclesiasticos, tenentur ad Seminarii contributionem juxta formam Concilii Tridentini. *sess. 23. de reformat. cap. 18. vers.* Et hospitalibus: & sic decisum fuisse à Sac. Congr. Concilii referunt Zerola in *praxi Episcop. part. 1. verb. Hospitale, vers. Decimum dubium:* Barbosa *loc. cit. num. 34.* Riccius, & alii. Hospitalia tamen, quæ administrantur à laicis & in quibus sunt bona laicorum, quæ data sunt, in titulum, commendam, seu administrationem, non tenentur ad Seminarii contributionem, nec comprehenduntur in *dist. res. 23. cap. 18. de reformat. Sac. Cong. Concil. sub die 12. Januar. 1601.* quam refert Sellius in *selectis canon. cap. 16. num. 45.* Barbosa in *Summa Apostolicæ decisionis vers. Hospitale n. 10.*

Hospitalia unius diocesis habens beneficium annexum, quod est alterius diocesis, tenetur contribuere pro rata fructum beneficii annexi Seminario diocesis, in qua situm est beneficium, Sacra Congregat. Concilii apud *Armenar. in addit. ad recapit. legum Navarrae lib. 4. tit. 29. lib. 1. §. 2.* de *Hospit. num. 15.* Barbosa *l. c. num. 9.*
 29 Hospitalia auctoritate Episcopi erecta, si in titulum perpetuum, aut per electionem conferantur, sunt beneficia ecclesiastica; *Clementin. Quia contingit, §. Ut autem de religiosis domibus, Gonzalez in Regul. 8. Cancell. glossa 5. §. 4. num. 14.* Garzias *de benefic. part. 1. cap. 3. à num. 26.* cum communi aliorum, & Rota in *Alexandrina beneficii 8. Aprilis 1625. coram Merlino.*
 30 Hospitalia sunt beneficia ecclesiastica, etiam ubi unita sunt ecclesiæ, seu ecclesiastico beneficio, vel per viam electionis danda sunt in titulum, Gonzalez *loco citato §. 4. num. 16.* Garzias *loc. cit. num. 2.* Barbosa *loco citato num. 28.* Amostaz. *de curijs pijs tom. 1. lib. 4. c. 11. num. 19.* Rota apud Merlinum *decis. 49. num. 6.* Marescortus *varijs. lib. 1. cap. 3. num. 8.* & alii passim. Regularium hospitalia, licet auctoritate Episcopi erigantur, non sunt beneficia, sed quaedam officia religiosæ, & pie administrationis, quæ etiam laicis concedi valent, quamvis capellas, aut ecclesias habeant annexas, & decimas percipiant, ut colligitur ex *Clement. Quia contingit, §. Ut autem de religiosis domibus, Palao tom. 3. tract. 13. p. 7. num. 4.* Velasco *consul. 105. num. 31.* Marescortus *loco citato cap. 3. num. 13.* & alii. Et ratio est, quia ipsis dantur tantum, ut tanquam Administratores eurent recipere, nutrire, & curare pauperes secundum institutiones, & facultates hospitalium. In hospitalibus, quæ non sunt annexa, seu subiecta monasteriis, seu conventibus, non sunt præficiendi Religiosi tanquam Rectores, seu Administratores; bene vero possunt præfici Clerici seculares tanquam Rectores, & Laici quoque adinstar Tutorum, & Curatorum pro recto regimine ipsorum hospitalium; Barbosa *loc. cit. num. 39.* Loter. *de re benef. lib. 3. q. 6. n. 30.* Amostaz. *loc. citat. n. 38.* & alii.

Ordinarii locorum possunt visitare hospitalia, Concilii Tridentini. *sess. 2. cap. 8. de reformat.* (Vid. *verb. Administrator, & verb. Concilium, in add. hisp. & nov. cum suis remis.*) Et possunt exigere ab Administratores rationes, & computa, tam in visitatione, quam extra, etiam per suum Delegatum, non obstantibus quibuscumque privilegiis; Concilii Tridentini. *ress. 22. cap. 8. & 9. de reformation. & sæpe sæpius Sacra Congregatione, ut videri possunt decreta sub verb. Administratio 10.* Administrator *num. 2.* Immo Ordinarii possunt visitare hospitalia, & ab eorum Administratores rationes, & computa exigere, non obstante quod à testatore, & lege fundationis expresse excludantur, vide *cit. verb. Administratio num. 3. 4. & 5.* ubi dantur decreta, & afferuntur Jura, & rationes. Ordinarii possunt exigere rationem administrationis ab hospitalibus, quæ sunt sub immediata Regum protectione. Sic pluries decrevit Sacra Congregatio Concilii. Vide *cit. verb. Administratio num. 12. 13. & 14.* ubi afferuntur decreta. Hospitalia autem, quæ sunt sub immediata Regum protectione, nequeunt ab Ordinarii visitari, Concilii Tridentini. *sess. 22. de reformat. Hospitale aliquod visitare volenti, si opponatur exceptio, quod sub immediata Regum protectione existat, non ad secularum Judicem, sed ad ipsum Episcopum talis exemptionis cognitio, & definitio pertinet, Sacra Congregatio Concilii apud Lezanam tom. 2. cap. 6. num. 11.* & apud Barbosa in *Summa Apostolicæ decis. verb. Hospitale num. 7.* & apud alios ibi citatos. Ad hoc tamen, ut hospitalia sub immediata protectione Regum existentia sint immunia à Visitatione Ordinarium, debent esse talia à primæva sua fundatione, nec sufficit, si hospitalia accipiuntur ex post à Rege sub immediata sui protectione, ut eximantur à Jurisdictione Ordinarii; Habeatur ad hoc responsa, & decreta Sacre Congregationis Concilii in *una Messanen. Vid. dist. verb. Administratio num. 15. 16. 17. & 18.* ubi aliter dantur.

Ordinarii visitare, corrigere, & reformare possunt hospitalia omnia, etiamsi privata sint laicorum in casibus à jure concessis, scilicet ob negligentiam, vel ob dilapidationem bonorum, & ut testatori voluntas servetur; Sacra Congregatio Concilii testibus Barbosa in *dist. Summario num. 1.* & *Armenar. Marta, & Lezana* ab ipso ibi citatis. Hospitalia privata possunt Ordinarii visitare, corrigere, & reformare in iis tantum, quæ ad observandam voluntatem fundatorum pertinent, & ex decreto Concilii Tridentini. *sess. 22. c. 9. de reformat.* exigere rationem ab Administratores ipsorum hospitalium una tamen cum illis deputatis, quibus ex consuetudine ratio reddenda est. *Sac. Congr. Concilii apud Barbos. l. c. num. 5.* & apud *Armenar. ab ipso ibi. c.* Hospitalia etiam unita in quibus ecclesiæ sunt, vel assidue divina officia celebrantur, & bona eorum non sunt distincta, & flebant ab Ordinarii visitari. *Sac. Cong. Concil. apud Lezanam in summa q. q. Regul. tom. 2. c. 6. num. 11.* Barb. *l. c. num. 3.* Hospitalia quamvis debeant visitari ab Episcopo vigore Concilii. *sess. 22. c. 8. de reformat.* non inde tamen prohibetur, quin & Judices seculares eadem visitare possint, si hoc eis alias legitime competit. *Sac. Congr. Concil. apud Barbosam loc. cit. num. 4.* & *Armenar. & Lezanam* ab ipso ibi *cit. 44.* Hospitalia, quæ administrantur à fratribus S. Joannis Dei non sunt exempta à Jurisdictione Ordinarii, nisi solum quoad Regularem Observantiam. *Sac. Cong. Concilii in Avellina 12. Jan. 1630.* apud Barb. *l. c. num. 12.* & apud alios ab ipso ibi *cit.*

Vicariæ perpetuæ parochialium unitarum, seu incorporatarum hospitalibus, & aliis ecclesiis, collegiis, vel locis piis, in quibus non proprie parochus, sed vicarius habens solum exercitium curæ, ponendus est, non conferuntur per concursum, sed solum ad nominationem, seu præsentationem Representantium hospitale, collegium, vel locum piium, cui parochialis unita est, Vicarii prævio

Virgute assignationis templorum, ad hoc ut confugientes ad illa jure asylum perfruantur, nil videtur adnotandum circa immunitatem hospitalium, præter (1) jam relata.

(1) Vid. *verb. Immunitas, prop. fin. Ferrar. Bibliothec. Tom. IV.*

examine Ordinarii, conferuntur; sic expresse statuit S. Pius V. in constitut. 47. incip. Ad exequendum: ubi §. 4. sic ait: *Volunt in super, & ita mandamus, quod dicti Vicarii perpetui non ad liberam Ordinariarum electionem, sed ad nominationem illorum, in quorum ecclesiis unitis ponuntur cum ipsorum Ordinariarum, seu eorum Vicariarum previo examine, & approbatione deputentur.* Nec immerito: nam propter unionem perpetuam factam ecclesia Parochialis censetur accessoria alteri ecclesiae, collegio; hospitali, loco pio &c. *Cap. Extirpanda 30. §. Qui vero, de prabend. atque per se nunquam censetur vacare juxta Clementinam unic. de Excessibus Praelatorum, §. Quidam etiam Ecclesias: sed assumit naturam, consuetudines, & privilegia principalis, cui est annexa. Gloss. Cap. unic. Ne sede vacante, verb. Uniendo: Simulque in ea attenditur tantum qualitas, & natura beneficii principalis, non autem accessorii, arg. Clementin. Per litteras cap. 2. de prabend. juncta Regula 42. Juris in 6. Accessorium naturam sequi congruis Principalis.* Unde Tridentinum requirens concursus in collatione ecclesiarum parochialium, non habet locum in vicariis seu ecclesiis perpetuis, & accessorio unitis hospitalibus, collegiis, aliisque locis piis, ubi Vicarii, seu Parochi habent solum exercitium curae part. 2. rec. dec. 579. num. 10. & dec. 710. num. 1. & part. 4. l. 1. dec. 352. num. 6. & saepe alibi.

46. In alienatione bonorum hospitalis erecti auctoritate Episcopi requiruntur solemnitates requisitae in alienatione bonorum ecclesiasticorum. (verb. Alienare) Pignatell. som. 4. consulti. 21. num. 1. cum communi aliorum, & sic censuit Sac. Cong. Episcop. & Regul. pro hospitali de disciplina nuncupato, & confraternitate S. Joannis Terra Caprarole diocesis civitatis Castellana sub die 2. Augusti 1641. & 30. Augusti 1742. Et ratio est, quia hujusmodi bona sunt ecclesiastica & proinde non possunt sine solemnitatibus alienari. Si vero hospitale non sit erectum auctoritate Episcopi, nec constet ex signis adductis sub n. 14. esse tale, ipsius bona possunt alienari absque ullo beneplacito apostolico, & sine aliis solemnitatibus in alienatione bonorum ecclesiasticorum requisitis. Bald. in Authent. Hoc jus porrectum n. 3. & sequent. Cod. de Sacror. Eccles. Felin. in cap. de quarta n. 6. & seq. de praescripti. & cap. 2. n. 21. de foro comper. Guttier. canon. quest. l. 1. c. 35. num. 16. Riccius in praxi fori eccles. tit. de alien. rerum ecclesiast. 147. num. 4. ac testatur de veriori Barb. de Offic. & potest. Epis. part. 3. alleg. 75. num. 22. & seq. ac Bonac. in sr. de alien. bonor. ecclesiast. part. 2. quasi. unic. puncti. 2. n. 10. & seq. & in tradi. de feud. & emph. disp. 3. part. 8. puncti. 4. n. 21. Pignatell. l. c. n. 4. & seq. & alii vide verb. Confraternitas art. 6. n. 5. ubi late ad rem.

48. Ad instantiam Domini Dominici Sabbatini Parochi Sancti Nicolai in carcere contra archihospitale Consolationis de Urbe fuerunt proposita sequentia dubia.

- 1 An liceat Ministris Consolationis Urbis benedicere mulieres post partum, & ova tempore paschali?
- 2 Retinere Confessarios in ecclesia ad audiendas populi Confessiones?
- 3 Facere processionem per parochiam intra octavam Sanctissimi Corporis Christi, & praesertim die, in quo fit per ecclesiam parochialem?
- 4 Associare cadavera alibi tumulanda cum cruce, & ab hospitalibus ad locum catenae, & impedire Parochum, ne accedat pro illis ad januas hospitalium?

Et ponente Eminentissimo Bichio Sac. Congr. Visitationis Apostolicae die 15. Septembris 1695. respondit.

Ad 1. negativè.

Ad 2. negativè, nisi de licentia Eminentissimi Vicarii.

Ad 3. negativè, praeterquam intra ecclesiam dumtaxat.

Ad 4. negativè.

Quibus accedit sententia A. C. sub die 23. Dec. ejusdem anni.

49. Domus nuncupata hospitale, si non sit constructa auctoritate Episcopi ad publicum bonum, non gaudet immunitate. Sac. Congr. Immun. in una Montis Alti 30. Sept. 1636. l. 3. Decr. Paul. pag. 15.

Visitatio hospitalis incurabilium civitatis Neapolis 50 cum monasterio Monialium annexis spectat ad Archiepiscopum. Ead. Sac. Cong. Immun. in Neapol. 6. Maii 1631. l. 2. Decr. Pauluc. p. 67.

Ad Episcopum pertinet declarare super Immunitate 51 hospitalis. Ead. Sac. Congr. Immun. in Marianen. 4. Dec. 1694. l. 1. Decr. Vallum. p. 159.

Hospitale non habens requisita, reputatur tamen pro 52 loco immuni communit, & in pluribus casibus ut tale veneratum, gaudet immunitate, sed injungitur Vicario, ut declarat peredictum, deinceps non esse immune. Eadem Sac. Congr. Immun. in Spoletana 11. Jan. 1684. l. 3. Decret. Aloviti p. 271.

Cortile hospitalis S. Aegidii Perusiae gaudet privilegio 53 Immunitatis. At tabernacula, ubi vinum venditur, ad obvianda inconvenientia omnino amoveantur. Ead. Sac. Cong. Immun. in Perusina 12. Junii 1668. lib. 1. Decr. Altov. p. 232.

Hospitale S. Mariae civitatis Amerinae, dictum laico- 54 rum, gaudet immunitate, cum habeat requisita. Ead. Sac. Congr. Immun. in Amerina 27. Maji 1687.

Hospitale magnum Vierbii non gaudet. Ead. Sac. 55 Congr. Immun. in Vierbii. 22. Junii 1666. l. Decret. Borrom. pag. 69.

Hospitale quod dicitur de Vagabondi in loco Fabria- 56 ni, quod solummodo inservit, ut ajunt, per dar coperte & poveri, quamvis erectum auctoritate Episcopi, ex hactenus deductis non gaudet. Eadem Sacra Cong. Immun. in Comerinen. 7. Maji 1658. l. 1. Decr. Rocci p. 84.

Hospitali erecto pro peregrinis, & infirmis Episcopus 57 non permittit introduci per modum hospitii Birruarios, seu alios Ministros Curiae laicales, vel quemlibet alium cum armis, & contra attentantibus procedat, prout de jure etiam per censuras. Ead. Sac. Congr. Immun. in Aprozina 1. Jan. 1676. l. 1. Decr. Alt. p. 1189.

Datur Episcopo facultas extrahendi e loco immuni 58 triticum pertinens ad hospitale, quatenus eidem constet de debito hospitalis erga Seminarium ad effectum solvendi creditoribus. Eadem Sac. Congr. Immun. in Tudertina 9. Junii 1694. lib. 1. Decret. Vall. p. 1626.

Item datur facultas perquirendi, & extrahendi res 59 furto sublatas reconditas in hospitali, dummodo res extractae inservire non possint pro corpore delicti. Ead. Sac. Congr. Immun. in Spoletana 18. Dec. dicti anni & l. p. 162. (verb. Cambium.)

Consistit de restitutione, & de consensu partis, ac 60 previo juramento de non incurrendo amplius in similia, absolvuntur Consillarii Communitatis, qui adduxerant belluas e praedio hospitalis. Eadem Sacra Congr. Immun. in Casalini. 13. Sept. 1695. dicti l. p. 213.

Custos hospitalis durante servitio gaudet privilegio 61 fori, si hospitale sit erectum auctoritate ecclesiastica. Ead. Sac. Congr. Immun. in Salmon. 28. Aug. 1664. lib. Decr. Rocci p. 503. in Ripana 21. Martii 1645. lib. 3. Decr. Paul. p. 248.

Hospitalarius salaratus, & ejus familia hospitalis 62 erecti cum auctoritate ordinaria praestantes assistentiam, & servitium infirmis, gaudent privilegio fori. Ead. Sac. Congr. Immun. in Nullius Alini 11. Martii 1697. l. 1. Decr. Vall. p. 175.

Immo hospitalarius, seu addictus servitio hospitalis 63 gaudet, nedum privilegio fori, sed etiam exemptione pro bonis. Ead. Sac. Congr. Immun. in Beneventana 20. Martii 1630. lib. 2. Decret. Pauluc. p. 3. & 16. Sept. dicti anni, & l. p. 57.

Hospitalarius laicus, qui singulis annis eligitur, & 64 deputatur a confraternitate absque approbatione Episcopi pro servitio hospitalis civitatis Albanensis gaudet privilegio Fori. Ead. Sac. Congr. Immun. in eadem 2. Octobris 1668. l. 1. Decr. Alivo. p. 270.

Causa contra hospitalarium ad Ordinarium, non ad 65 Gubernatorem spectat. Ead. Sac. Congr. Immun. in Benev. 17. Dec. 1650. l. 2. Decr. Paul. p. 67.

Custos hospitalis defendendus est per Ordinarium 66 curiae laicae; Ead. Sac. Congr. Immun. in Nulius Abbatie S. Basilii 20. Nov. 1695. l. 1. Decr. Vall. p. 231.

Prior hospitalis ratione furti a se commissi in Maggaza- 67

no hospitalis gaudet immunitate ecclesiastica. Ead. Sac. Congr. Immunit. in Vierbii. 8. Jan. 1632. l. 2. Decr. Paul. p. 3.

68. In causa furti qualificati facultatem procedendi contra hospitalarium S. Antonii habet Ordinarius. Eadem Sac. Congr. Immun. in Interamn. 17. Maji dicti anni, & lib. pag. 192.

(Nostro juri doctrinam aptando, neque in minimum poterit sustineri; ut aliquid innotescat, videatur verb. Clericus, & Forum, praesertim, nam in eis signantur qualitates ad foro-ferendum requisitae.)

69. Frequenter hospitalia exemptionem praetendunt a jurisdictione Parochi; Quid autem requiratur, ut hospitalia exempta dici queant a jurisdictione Parochi, ita ut Rectores vice Parochi fungantur, expendit Rota in Valentina Jurisdictionis super manutentione 26. Junii 1754. cor. Illustrissimo Figueroa.

HOSPITATIO MILITUM. Vide verb. Milites a n. 17. ad 26.

HOSPITIA REGULARIUM.

SUMMARIUM.

- 1 Hospitia non possunt a Regularibus recipi, & retineri nisi de licentia speciali Sedis Apostolicae, seu Sac. Congr. & servatis ad unguem omnibus conditionibus requisitis.
- 2 Hodie enim prohibendum est Regularibus recipere non solum novos conventus, & ecclesias, sed etiam domos, & quascunque habitationes, sine licentia Sedis Apostolicae, & Ordinarii. Et quascunque hospitalia aliter recepta, declarata sunt, suscipienda, & extincta, & fratres in eis degentes incidendi in penas degentium extra claustra.
- 3 Episcopi possunt procedere contra Regulares in similibus hospitiiis degentes.
- 4 Pro directione hospitiorum Regularium observandum est etiam Breve Innocentii XI. quod adducitur.
- 5 Regulares non possunt sine licentia Sedis Apostolicae decedere hospitium in conventum, & oratorium in ecclesiam.
- 6 Hospitium simplex non est, ubi adest ecclesia.
- 7 Nec etiam locus, ubi januis apertis celebrantur missae, administrantur Sacramenta, & sepeliuntur mortuorum cadavera, & pulsantur campanae, reputari potest simplex hospitium, sed versus conventus; adeoque pro ejus erectione, & retentione servandae sunt constitutiones pro erigendis novis conventibus.
- 8 Simplex hospitium non potest habere ecclesiam, sed solum oratorium privatum, nec campanam, nec ibi administrari possunt Sacramenta, nec potest habere continuam permansionem Religiosorum, nisi infirmorum, & servitium, nec sepulturam, nisi specialiter concedatur.
- 9 Hospitium privatum justa interveniente causa facile a Sacra Congregatione concedi solet Regularibus.
- 10 Item & hospitii translatio.
- 11 Patres Reformati non possunt habere privatum hospitium in illis civitatibus, & oppidis, in quibus moram facere possunt in conventibus Patrum Observantium.
- 12 Patres Reformati provinciae Tusciae non possunt transferre suam antiquum hospitium ad conventum S. Joannis Baptistae, alius Congregationis Jesuatorum suppressae, intra munita civitatis Florentinae existentem, sed tenentur remanere in dicto suo antiquo hospitio, servata ejusdem hospitii forma.
- 13 Novae additiones inseruntur, ad num. 16.

Conventus art. 1. num. 9. & saepe saepius confirmato. Vide ibi. Hodie enim stantibus Constitutionibus Gregorii XV. Urbani VIII. & Innocentii X. allatis sub dicti verb. Conventus art. 1. a num. 3. ad 5. prohibendum est Regularibus recipere non solum novos conventus, & ecclesias, sed etiam domos, & quascunque alias habitationes sine licentia Sedis Apostolicae, & Ordinarii; Unde Sacra Congregatio post dictas constitutiones pluries decrevit, Hospitia aliter recepta intelligenda esse in futurum suppressa, & extincta, & fratres in eis degentes incidere in penas degentium extra claustra, non obstante qualibet exemptione; Sic die 14. Septembris 1629. & 7. Augusti 1644. 12. April. 1647. 10. Decembris 1649. 16. Junii 1650. 15. Junii 1651. & pluries alias. Hinc si Episcopi in suis dioecesibus contra praescriptam formam Regularium hospitalia repererint, possunt ut jure suo, & quamprimum Sacram Congregationem instructam reddere pro opportuno remedio, ut post allata decreta tradit Monacell. tom. 1. tit. 6. formul. 19. num. 19.

Pro erectione hospitiorum Regularium observandum est etiam Breve Innocent. XI. editum sub die 10. Aprilis 1688. & relatum sub verb. Conventus art. 1. num. 24. Vide ibi.

Regulares non possunt sine Sedis Apostol. seu Sacrae Congregat. licentia reducere hospitium in conventum, & oratorium in ecclesiam, ut pluries decrevit Sac. Congr. Episcop. & Regul. & signanter 14. Junii 1641. 27. Ap. 1646. & 13. Februarii 1647. Hospitium enim non est, ubi adest ecclesia, aliàs fraudarentur constitutiones erigendo monasteria sub nomine hospitiorum ad evitandam illarum penam; leg. In fundo 38. ff. de rei vindicat. leg. In fraudem ff. de jure Fisci, leg. Si quid dolo. l. ff. Si quid in fraudem, l. Non est dubium §. Cod. de Legatis, ut dicit Rota, in Toletana Manutentionis coram Bevilacqua decr. 225. num. 8. p. 13. recent. Nec locus, ubi januis apertis celebrantur missae, administrantur Sacramenta, sepeliuntur mortuorum cadavera, & pulsantur campanae, reputari potest simplex hospitium, sed signa praedicta eum demonstrant verum conventum cum sua ecclesia; adeoque pro ipsius erectione, aperi- tione, & retentione servandae sunt constitutiones de non erigendis novis conventibus; Rota loc. cit. dec. 225. num. 6. & ibi decr. 231. num. 12. Lezana p. 4. verb. Monasteria num. 6. Donat. prax. rer. Regul. part. 2. tract. 1. quest. 22. num. 7. Cesp. de exempt. Regular. cap. 1. dub. 6. num. 4. & alii passim. Simplex enim hospitium habere non posse ecclesiam, sed tantum oratorium privatum, cujus ingressus in viam publicam immediate non respondeat, nec posse habere campanam, nec ibi posse administrari Sacramenta, nec habere continuam permansionem Religiosorum, nisi infirmorum, & servitium, nec sepulturam, nisi specialiter concedatur, pluries decrevit Sac. Congr. Episcop. & Regul. & signanter 7. Januarii 1617. 3. Apr. 1618. 16. Novembr. 1646. 10. Decem. 1649. 26. Apr. 1652. apud Nicol. in Flocculis verb. Hospitium num. 1. Vide alia decreta sub verb. Conventus art. 1. num. 9.

Hospitium privatum justa interveniente causa facile solet a Sacra Congregat. Episcop. & Regular. concedi Regularibus, ut pluries concessit, & signanter Ead. Sac. Congr. in Mantuana hospitii Roverbelli. 8. Augusti 1710. Ponente Em. Cardinali Gozzadino, apud Ursayam tom. 1. part. 2. discept. 8. num. 19. ibi: Pro gratia hospitii privati tantum, & sic saepe alibi.

Hospitii translationi locus est, justa accedente causa, ut posse transferri non semel concessit Sac. Congr. Episcop. & Regul. & signanter in Novariensi. Translatio- nis hospitii Gallicani 24. Julii 1711. Ponente Em. Grimaldino, apud Ursayam l. c. discept. 7. num. 41. ibi: Arbitrio Episcopi pro usu hospitii tantum.

Patres Reformati non possunt habere privatum hospitium in illis civitatibus, & oppidis, in quibus moram facere possunt in conventibus PP. Observantium; Sic Sac. Congr. Episcop. & Regul. in Laudensi 5. Septemb. 1710. ubi in causa vertente inter ipsos PP. Reformatos loci Coduneti, & PP. Observantes loci Sancti Columbari pro jure quaestuandi, tria dubia proposita fuerunt, Po- nen-

nente Em. Card. de Abdua, ad quorum secundum conceptum his verbis II. An liceat eidem Patribus Reformatis habere hospitium proprium in dicto loco Sancti Columbanii, seu potius debeant hospitari in conventu Minorum Observantium S. Francisci sito in dicto loco S. Columbanii? Sic fuit responsum. Ad II. Negative quoad primam partem. Affirmative quoad secundam; Sic apud Ursayam tom. 8. part. 1. discept. 40. ad num. 142.

12 Patres Reformati provincie Tuscie non possunt transferre suum antiquum hospitium ad conventum S. Joannis Baptistae, alias Congregationis Fratrum Jesuatorum suppressa intra moenia civitatis Florentiae existentem, sed tenentur remanere in dicto suo antiquo hospitio, servata ejusdem hospitali forma; Sac. Congr. Episcop. & Regul. in Florentina 26. Martii 1677. apud Mattheuc. Official. Curiae quoad Conventus rub. num. 23.

13 Hospitium vere, proprie dicitur illud, quod deservit, ut inquit Rota in Eysteren. Fundationis hospitalii 27. Junii 1729. §. 15. coram bon. mem. Ratio inter impressas dec. 238. num. 23. tantummodo pro recipiendis Religiosis itinerantibus, & in quo propterea nulla servatur forma regularis, non erigitur ecclesia seu oratorium formale cum janua in via publica, sed tantum oratorium internum ad effectum inibi missas; & oratorium privatim celebrandi, non administrantur sacramenta, non fiunt publicae conciones, nec divina, aliaque functiones peraguntur, non tumulantur cadavera, nec retinentur campanae, nec aliud vero conventui congruens.

14 Gravis autem est questio, an in erectione hospitalii requirantur ille ipse solemnitates requisitae in erectione conventus, de quibus verba fecimus in additione ad verbum, Conventus art. 1.

15 Negant communiter Cesp. de exem. Regul. c. 1. dub. 6. num. 1. Tambur. de jure Abbat. t. 3. disp. 5. quest. 1. num. 10. Navar. in Summ. Bullar. part. 1. comm. 82. n. 11. Donat. in Prax. Regul. t. 1. part. 2. tract. 1. de Monast. adif. quest. 22. n. 1. & Reg.

16 At recte Rota in dict. Eysteren. Fundationis hospitalii 27. Junii 1729. §. 16. coram bon. mem. Ratio inter impressas dec. 259. num. 24. Conclusio (alt) quod in fundatione simpliciter hospitalis non requirantur solemnitates constitutionibus apostolicis praescriptae, ad summum procedere potest quando concurrant praedicta requisita pro erectione simpliciter hospitalii, in quibus terminis loquuntur auctoritates in objecto allegatae, recus vero quando in hujusmodi locis religiosi adest ecclesia publica, pulsantur campanae, atque administrantur Sacramenta, quia tunc discrepantia eorumdem locorum a ceteris monasteriis consistit dumtaxat in palliato nomine hospitalii, & propterea si erigi possent absque debitis requisitis, Apostolica constitutiones certam edentes formam in constructione monasteriorum servandam remaneret elusoria.

HYDROMANTIA. Vide verb. Superstitio num. 17.

HYPOTHECA, PIGNUS.

SUMMARIUM.

- 1 Hypotheca & Pignus in quo conveniant vel differant, ad num. 3.
- 4 Pignus & Hypotheca quotuplex sit, quomodo definiatur, ac dividatur, ad num. 8.
- 9 Quinam habeant & in quibus tacitam Hypothecam, ad num. 19.
- 20 Quinam possint nec ne oppignorare & hypothecare, & que oppignorati seu Hypothecae sint subjecta, ad num. 27.
- 28 Quid licitum vetitumve sit Creditori pignus habenti, ad num. 31.
- 32 Que pacta circa pignora habeantur licita, qua vero non, ad num. 40.
- 41 In pignorum venditione quid Juris Creditori competat, ad num. 44.
- 45 An quid renatur Creditor circa pignoris custodiam, ac post debitum sibi solum, ad num. 48.

49 Subnectuntur Additiones ex aliena manu, ad num. 74.

HYPOTHECA, & pignus large loquendo, tam a Doctoribus quam a Jure saepe saepius confunduntur, nulla nisi nominis distinctio inter utrumque admissa, leg. Rec. 5. l. ff. de pignoriis, & Hypothecis, ibi: Inter pignus autem, & hypothecam nominis sonus differt; Rota recent. part. 6. tom. 1. decis. 179. num. 78. Strictae autem, & proprie loquendo adest inter ipsa aliqua differentia, quae potissimum consistit in hoc, quod Pignus proprie locum habet in rebus, quae manu traduntur creditoribus, ideoque fere in mobilibus rebus tantum locum habet, quae creditoribus tradit solent, unde a pigno appellatum est pignus; l. Plebs 238. §. pignus, de verb. signific. ibi: Pignus appellatum est a pigno, nam res, quae pignori dantur, manu traduntur, unde etiam videtur, verum esse, quod quidam putant pignus propria rei mobilis esse. Hypotheca autem consistit fere tantum in rebus immobilibus, vel quae non traduntur creditoribus, sed penes debitorem manent, obligatae tamen creditoribus adeoque hypotheca nuda conventionem constituit §. Item Serviana Inst. de action. ibi: Inter pignus, & hypothecam differentia est, nam pignoris appellatione eam proprie rem contineri dicimus, quae simul etiam traditur creditori, maxime si mobilis sit. At eam, quae sine traditione nuda conventionem tenet, proprie hypothecae appellatione contineri dicimus. Azorius part. 3. Institut. moral. lib. 7. tract. de pignoriis cap. 2. quest. 2. Pirhing. lib. 3. Decretal. tit. 21. num. 2. & alii passim. Quoad effectum tamen pignus, & hypotheca non differunt, cum ex utroque eadem acquiratur creditori actio hypothecaria, vi cuius ipse creditor rem oppignoratam, vel hypothecatam, ubicumque existat, donec debitum solvarur, exigere potest: Sicuti et contra debitorem rem pignori datam potest, solum debito, iterum repetere; arg. §. Item Serviana, Institut. de action. ibi: Inter pignus, & hypothecariam quantum ad actionem hypothecariam nihil interest.

Pignus dupliciter potest summi. Primo pro re ipsa oppignorata, seu quae in pignus datur, ut patet ex totis ferme titulis ff. & C. de distract. pign. Secundo pro ipso contractu pignoratitio, seu conventionem, qua res alteri securitatis gratia datur, vel obligatur; l. 1. §. fin. ff. de pactis. Pignus late sumptum est contractus, quo debitor dat creditori rem aliquam, ut sit pro debito obligata, & ea satisfieri possit, si aliter satisfactum non fuerit: Est in re communis. Similiter hypotheca late sumpta est contractus, quo a debitore res aliqua obligationi subijcitur pro cautione debiti erga creditorem; Est in re communis. Hinc aperte patet finis pignoris, & hypothecae, nempe major securitas creditorum, seu eorum, qui alios sibi obligatos habent; Tutius est enim pignori, qui hypothecae incumbere, quam agere in personam, textu expresso in §. Unde constat 14. Institut. de obligat. quae ex delicto, ibi: Etiam si idoneum debitorem habeat, expedit pignori potius incumbere, quam in personam agere. Et plus cautio in re est, quam in persona, Regul. 25. ff. de regul. Juris.

Pignus, seu hypotheca alia est expressa, & alia tacita; Expressa est, quae fit expressa partium conventionem de re oppignoranda, seu hypothecanda, & haec hypotheca expressa solet vocari Conventionalis. Tacita est, quae absque expressa partium conventionem a lege introducta est; atque subsistit absque omni consensu debitoris, immo etiam eo invito, & haec hypotheca solet vocari Legalis, utpote a lege constituta. Pignus, seu hypotheca expressa alia est generalis, & alia specialis. Hypotheca generalis, seu universalis est, qua quis obligat alteri in securitatem debiti cuncta sua bona, & jura; l. fin. Cod. Quae res pignori, & leg. Bonorum, 49. ff. de verb. signific. Hypotheca specialis est, qua una, vel plures res in specie, aut individuo alteri in securitatem debiti obligantur; leg. Quamvis constet, 2. & l. Quamvis eod. 17. Cod. de pignoriis, & hypothec.

Hypothecae tacitae, seu legalis varia habentur in Jure exempla, quorum praecipua hic juvat adducere. Primo uxor habet tacitam hypothecam pro securitate do-

tis allatae in omnibus bonis mariti, c. Ex literis, 5. de Pignoriis, ibi: Cum bona viri mulieri sint pro dote tacite obligata, & cum suo onere transierint ad quemlibet possidentem, & l. Unic. Cod. de rei uxori. act. §. Fuerit, 29. Institut. de actionibus. Et haec tacita hypotheca videtur etiam in casu, quo maritus ob delictum privari debeat bonis, Cum, ut expresse dicitur in cit. c. Ex literis, cum mulieribus favor multus in recuperandis dotibus debeat, & cautum sit in Jure, quod propter malefictum viri mulier remanere non debeat indotata, & de facto l. 2. Cod. Ne uxor pro marito habetur sic expresse; Ob maritorum culpas uxores inquietari leges vetant. Insuper habet uxor hypothecam tacitam in bonis mariti pro securitate bonorum paraphernalium ab ipso marito administratorum. Communis, arg. leg. Ubi 29. Cod. de Jure dotium, & leg. fin. Cod. de pacti. conventi. Secunda etiam maritus viceversa habet tacitam hypothecam in bonis uxoris pro dote promissa sibi praestanda, textu expresso in l. Unic. §. 1. Cod. de rei uxori. act. ibi: Damus ex utroque latere hypothecam, sive ex parte mariti pro restitutione dotis, sive ex parte mulieris pro ipsa dote praestanda.

Tertio, tacitam hypothecam habent liberi prioris matrimonii in bonis tam patris, quam matris ad secundas nuptias transeuntis ratione bonorum, quae ad eos ex priori matrimonio pervenerunt: l. hac edictalis 6. §. 2. & leg. Si quis prioris, 8. §. 4. Cod. de secundis nuptiis. Quarto pupilli, & minores habent tacitam hypothecam in cunctis bonis tutorum, & curatorum: leg. Pro officio, 10. C. de administr. Tutor. vel Curator. Quinto tacitam hypothecam habet pupillus in rebus ex ipsius pecuniis emptis; l. Idemque 7. ff. Qui postiores in pignore. Sexto ecclesiae, collegia, aliaque causae piae habent tacitam hypothecam in bonis Praelati, vel alterius Administratoris rerum ad similes pias causas pertinentium; Ecclesiae enim gaudent jure minoris, cap. 1. Sc. Auditibus 3. de integritate restitutione, & sic tenet Glossa in cit. c. Ex literis, §. 5. de pignoriis verb. Obligata: & communis Doctorum.

Septimo, tacitam hypothecam habent legatarii, & fideicommissarii in bonis a testatore relicti §. 2. Institut. de Leg. & l. 1. Communia de Legatis. Octavo qui mutuas dat pecunias pro reficiendo aedificio, habet tacitam hypothecam in aedificio suis pecuniis relicto; l. 1. ff. In quibus causis pignus tacite, & eandem hypothecam habet in re, ad quam emendam, vel conservandam pecunias mutuas dedit; l. Qui navem, 26. §. 1. Quod quis, 35. de reb. auct. jud. possessor. Nono venditor habet tacitam hypothecam in re vendita usque dum pretium ei plene sit solutum; l. Julianus, 13. §. 8. de actionibus empti. leg. Quod si 31. §. 8. ff. de Edicti. edict. & l. heredit. vendit. Decimo locator habet tacitam hypothecam in omnibus a conductore in domum, vel praedium illatis, & investitis non tantum pro pensione, sed etiam pro deterioratione rei locatae, l. 2. ff. In quibus causis pignus; & concordat l. Eo jure, 4. ff. eod. Undecimo tacitam hypothecam habet Fiscus in bonis contrahentium cum eo, vel conducentium quid ab eo, & in bonis suorum Officialium & Administratorum; l. 1. §. 2. C. In quibus causis pignus. tacite, & l. Auferunt, 46. ff. de jure Fisci, ibi: Fiscus semper habet jus pignoris.

Absdubio tutor, & curator oppignorare minorum bona, eaque hypothecare valent; attamen non absolute: proindeque cum restrictione doctrina Auctoris veniet intelligenda. Si talia bona, sive res sunt movibiles, omnimodo patris legibus est conformis: (1) at vero si de immobilibus sit sermo, perneccesse requiritur Judicis decretum (2) quacumque legitima causa fiat.

(1) L. 8. tit. 13. p. 5. Ibi: Otrosi decimos, quae aquel que tiene en guarda los bienes de algud huerfano, si oviere menester de empeñar alguna cosa dellos, por pro de aquel que tiene en guarda, que lo puede facer de las cosas muebles, metiendo todavia en por del mozo los maravedis que tomare sobre los pesos.

(2) L. ead. Ibi: Mas las otras cosas que son raiz, no las puede empeñar sin otorgamiento del judgador. L. 18. tit. 16. p. 6. Non debent los guardadores dar, nin vender, nin enagenar ninguna de las cosas del huerfano,

(Omnia nunc usque tradita per leg. 1. tit. 13. 14. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. & 30. tit. 13. p. 5. 6. tit. 19. lib. 3. For. Reg. leg. fin. in fin. glo. 6. 7. 8. tit. 16. p. 6. 17. t. 11. p. 4. 1. glo. 2. & 4. cum leg. 5. tit. 8. p. 5. ac denique 8. tit. 18. lib. 9. Recop. Cast. confirmationem merentur; non ambigitur discrimen, si cum eisdem decisionibus exposita conferantur, aliquid notari, in illis praesertim quae ex n. 1. ad 3. explicantur, utpote per Auctorem exacta fit inter pignus & hypothecam distinctio, & per nostras leges praedicta nomina promiscue accipiuntur.)

Hypothecare, & oppignorare possunt omnes illi, qui rerum suarum liberam administrationem habent l. 2. & 6. ff. Si res aliena pignori. Item tutor, & curator sunt oppignorare, & hypothecare res minorum, & pupillorum pro eorumdem utilitate; leg. 3. Cod. Si aliena res, l. Tutor. 16. ff. de pignori. acti. Oppignorare, & hypothecare etiam potest procurator, vel negotiorum gestor, si ad hoc speciale mandatum habeat; l. Solutum, 11. §. fin. ff. de pign. actio. vel si habet mandatum generale cum libera potestate, cit. leg. Solutum, & leg. Procurator cui, 59. ff. de procur. Praelati, & Rectores ecclesiarum, quamvis non possint absque Juris solemnitate res ecclesiasticas alienare, prohibitas hypothecari hypotheca speciali, ut expresse habetur in cap. Nulli, 5. de rebus eccles. non alienand. ibi: Neque specialis hypotheca titulo obligare; possunt tamen absque Juris solemnitate talia bona ecclesiae pro ejusdem, non item pro propria utilitate, hypothecare hypotheca generali, arg. a sensu contrario desumpto ex citat. cap. Nulli 5. de rebus Eccles. non alienand. Hoc enim ipso, quod ibidem prohibetur sola hypotheca specialis, ut patet ex adductis verbis, concessa censetur hypotheca generalis, ut recte argumentantur, & tenent Abbas in citat. cap. Nulli num. 3. Joann. Andr. ibidem num. 1. & cum aliis Fagnan. ibidem num. 30. & seq. Covarrub. varior. resolut. cap. 16. n. 7. Molina disp. 466. num. 1. Layman lib. 3. tract. 4. cap. 10. num. 2. Azorius part. 3. lib. 7. cap. 5. quest. 4. Pirhing. lib. 3. Decretal. tit. 13. num. 5. & tit. 21. num. 16. Reiffens-tuel ibidem num. 34. & alii passim; & ratio est, quia per hypothecam generalem non ita facile deveniri potest ad alienationem, seu venditionem rei generaliter solum obligatae, seu hypothecatae, sicuti per hypothecam specialem, per quam plus juris transferuntur in creditorem cum periculo eam alienandi. Et hanc sententiam testatur Fagnanus in citat. cap. Nulli 5. de rebus Eccles. alienand. vel non num. 32. probasse suo tempore Sacram Congregationem Concilii in contractibus Regularium. Nam proposito dubio an in prohibitione nuper edita de rebus Regularium non alienandis comprehendatur generalis hypotheca; Sacra Congregatio censuit non comprehendendi, & tamen prohibito illa fuit concepta iisdem verbis, quibus utitur Paulus II. in Extravag. Ambitione: Hec ille, qui ex multis probat hypothecam generalem bonorum Ecclesiae in casu permissio posse fieri a Rectoribus Ecclesiarum etiam sine licentia Episcopi; Vid. verb. Alienatio, art. 4. num. 35. & 36.

(Per leg. 7. 8. 9. & 10. ejusd. tit. 13. & p. 5. praecedentia astruuntur: inter ea, quae sunt a procuratore, tutore vel curatore, discretio advertitur: absque domini mandato pecunias sub pignore illo recipiente, creditoribus re-

no, que sea raiz. Fuera de si lo ficieren alguno por pagar las deudas que oviese dexando el padre del huerfano, ó por casar alguna de las hermanas del mozo, ó por casamiento del mismo, ó por otra razon derecha que le oviese de facer, non lo pudiendo escusar en ninguna manera. E aun estonce non lo puede facer sin otorgamiento del Judgador, é el Juez lo debe otorgar, si entendiere que tal enagenamiento se face por algunas de las razones dichas. Vid. verb. Emptio.